



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XXI. Ordo Minimorum, per S. Franciscum Paulanum institutus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

272 ORIG. ORD. MENDICANT.

29. Mar- S. Bertholdus confessor, IV. Ordinis Ma-  
tij. gister, floruit anno 1212.
3. April. S. Albertus Episcopus, & confessor. Ita-  
gitur in dictis Officijs proprijs. Designatur  
autem, nisi fallor, Albertus Patriarcha Iero-  
solymitanus, qui anno 1171. Carmelitis vitz  
Regulam præscripsit.
5. Maij. S. Angelus martyr in Sicilia anno Christi  
1214.
16. Maij. S. Simon Stocquius, natione Anglus, V.  
Ordinis Magister generalis obiit Burdigala  
an. 1265.
14. Junij. S. Eliseus Propheta.
20. Julij. S. Elias Propheta.
7. Aug. S. Albertus confessor, in monte Drepano  
apud Siculos natus, anno 1297. Messanæ o-  
biit.
2. Sept. S. Brocardus confessor, & Prior in monte  
Carmelo, floruit an. 1171.
24. Sept. S. Gerardus Episcopus & martyr.
5. Oct. B. Teresia virgo obiit anno 1582. & quiet-  
erit Albæ in Castella.

C A P V T . X X I .

*Ordo Minimorum per S. Franciscum  
Paulanum institutus.*

**F**ranciscus Paulæ quod est Calabriæ o-  
dum, loco humili natus est: quem paren-  
tes, cum diu prole caruissent, voto facto,  
beati

beati Francisci precibus suscepereunt. Is puer diuino ardore succensus, in eremum secessit, ubi annis sex vi<sup>ctu</sup> asperam, sed meditacionibus cœlestibus suaem vitam duxit. Sed cum virtutum eius fama longius manaret, multique ad eum pietatis studio concurreret, fraternal<sup>e</sup> charitatis caussa è solitudine egreditus, ecclesiam prope Paulam ædificauit, ibiq; prima sui Ordinis fundamenta iecit.

Erat in eo mirifica loquendi gratia: perpetuā virginitatem seruauit, humilitatem sic coluit, ut se omnium minimum diceret, suosq; alumnos *Minimos* appellari voluerit. Rudi amictu, nudis pedibus incedes, humili cubabat. Cibi abstinentia fuit adm. rabilis: semel in die, post solis occasum, reficiebatur, & ad panem, & aquæ potū vix aliquid eiusmodi obsonij adhibebat, quo vesci in Quadragesima licet: quā consuetudinem ut Fratres sui toto anni tempore retinerent, quarto eos voto adstrinxit.

Multis miraculis serui sui sanctitatem Deus testari voluit; quorum illud in primis celebre, quod à nautis reiectus, Siciliæ fretum, strato super fluctibus pallio, cū socio transmisit. Multa etiam futura Prophetico spiritu prædixit. A Ludouico Undecimo Francorū R<sup>e</sup>ge expetitus, magnoque in honore est habitus. Denique annum primum & nonagesimum agens, Turonis migravit ad Dominum anno salutis millesimo quingentesimo septimo: cuius corpus dies undecim in sepultum <sup>1507.</sup>

S

ita

ita incorruptum permansit, vt suauem etiam odorem efflaret. Eum Leo Papa decimus in Sanctorum numerum retulit, an. 1519. petente in primis Galliæ Rege.

Ceterū ordinis Minorum cœnobia potissimum florent monasticæ disciplinæ obseruantia per vniuersū Galliæ regnum. Quo factum, vt Alberto & Isabella, Serenissimis Archiducibus apud Belgas imperantibus, ē Celtica in Belgicam nostram transierint, magno bonorum omnium applausu, & noua varijs in locis monasteria excitarint, vt Antuerpiæ, Bruxellis, Anderlaci, Insulis Flandrorum, Leodici, & non vno loco in Burgundiæ Comitatu.



CLE